



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

1. Affirmatiua quæstionis vniuersim sumptæ decisio.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

amplius aliquid innuit immediate subiectens, & confitebor nomen eius coram Patre meo, & coram Angelis Dei apud quos de adscriptis, vel non scriptis in vitæ libro nulla fallâ qua decidant tandem, existimatio esse potest. Et si Thomas eo. 3. corp. his verbis, non deleri de libro vitæ ponitur inter præmia iustorum: quod autem iustis reprobis, non est solum in hominum opinione. Eam quippe iusti, etiam viatores naufragiunt iuxta id psal. 111. In memoria aeterna erit iustus ab auditione mala non timebit. Nec temporale aliquid, cuiusmodi falsa hominum existimatio est, ad reprobis iustis præmia spectat, sed solum quod est æternum. Scio nonnullos ex illis Sancti Th. verbis non est solum in hominum opinione deducere ipsum secundam hanc interpretationem, vt coniunctam cum tertia iam subiicienda probasse, et si solum improbaui. Est autem tertia interpretatio de libro vitæ iustorum ad tempus solum talium pro quo ius ad vitam æternam habere præcuntur, ac proinde in Dei scientia scripti sunt: à quo tamen peccato subsecuto perseveranter delentur à Deo, præscientiaque absoluta damnationis ipsorum, in libro mortis simpliciter tali se habent: Hanc interpretationem dedisse videntur Basil. Ilat. 4. post med. Anselm. in. 3. Apocal. Hugo Victor. q. 243. & 244. Ricard. in Apocal. p. 2. lib. 1. cap. 9. Joachim. Abb. in Apocal. 3. vbi Lyra, & Perer. d. 7. §. 2. alique interpretes, & scholastici, in quibus Ruiz, cita. sect. 6. n. 6. §. Prædictam expositionem. Relicienda tamen est quia vitæ liber non nisi de absolute saluandis, & prædestinatis, electisque ex iure absoluto ex perseverante iustitia finali ad gloriam in scriptura memoratur, vt vidimus docentque scholastici Albert. 1. p. quæst. 68. init. sanctus Thomas, q. 7. de verit. a. 4. corp. ante med. & aliis locis citatis, iusti autem illi non perseverant, in iustitia ius ad gloriam absolute non habent, sed conditionate solum, quare neque ad gloriam, & vitam absolute ex iure illo possunt scribi, nec vitæ ipsorum præscientia esse, aut liber vitæ absolute talis, vt demum vidit Ruiz, num. 8. §. vt aliorum, quem his concludit solum habent ius (non perseverant iusti) vt in libro vitæ scribentur, si forent perseverant. Accedit quod ab eo libro vitæ conditionate pro eo tempore, quo iusti sunt, si perseverent (et si liber vitæ dici absolute posset) nunquam nusquamque delentur, delerique vltimus possunt, vt patet: quare ni deleri, pro non scribi ab scriptura accipi eis locis asseratur, iuxta primam expositionem, non autem propria deletionem, & obliationem eius, quod semel à Deo præstitum absolute atque scriptum est. Difficultas expediti minime potest.

QVÆSTIO III.

De certitudine, & comparatione numeri prædestinatorum, ac reproborum.

QVÆSTIO hæc de certitudine, numeri vtrorumque respectu scientiæ, & intellectus diuini solummodo procedit, cum enim certitudo formaliter dicat iudicij, siue in iudicando firmitatem, quæ omnem de opposito formidinem, & contingentiam cum obiectum, tum subiectum excludat: nemoque præter Deum, vel ex eius reuelatione, siue adhuc, nedum aliorum omnium prædestinationis, aut reprobationis certitudinem, firmitatem obiectum, aut subiectum, nisi temere ac per amentiam habere possit, fit planè vt ad diuinum intellectum, & scientiam de certitudine, & comparatione, numeri reproborum tota quæ-

Christoph. de Ortega de Deo vno, Tomus II.

stio deuolui debeat. Importune hic à Ruiz, d. 53. & Fasolus 2. 4. cum certitudine numeri prædestinatorum de qua in præsentia, certitudinem prædestinationis quoad suos effectus à prædestinatis obtinendos coniungunt, & vnde illorum infallibilitas proueniat, & cum eorum contingentia, & prædestinatorum libertate componatur: id enim quæstionis alterius, & ex aliis principiis dirimendæ prorsus est: nempe ex principio scientiæ mediæ prædestinationem dirigentis, & constituentis, atque ex intentionali obiectiua dependentia scientiæ illius à libera prædestinati absoluta operatione, & consensu, vt suo loco vidimus supra atque hi auctores docuerant non semel. Potest autem de certitudine numeri vtrorumque vniuersim agi, & specialius de numeri quantitate, & vtriusque numeri comparatione.

CERTAMEN I.

Affirmatiua quæstionis vniuersim sumptæ decisio.

NVmerus in formalem, seu numerantem, vt ternarius, centenarius, & in materialem, seu numeratum refertur, quæ numerantur communiter diuiditur. Et de numero numerato præsentem quæstionem procedere certum vique est: nempe quem, an numerum numerantem aliquem, prædestinati homines (idemque est de Angelis, determinate expleant, an etiam suum aliquem numerum determinate expleant reprobis? cum autem numerus omnis numeratus determinatus, & circumscribitur rerum numeratarum unitatibus adeo rigide constet, vt quauis ex eis addita, vel subtracta numerus idem nequeat consistere, fit ad numeri reproborum, vel prædestinatorum (quicumque ille in alterutris sit) certitudinem ac firmitatem constantiamque requirit, vt nemo ad alterutrum numerum spectans ab illo deficiat, ad alterumque accedat: cuiusvis enim detractione numerus idem consistere nequit: vti cuiusvis etiam additione numerus idem non potest, permanere: v. g. si ternario altera ex tribus unitatibus, quibus constat deficiat binarius plane, non ternarius erit; si vero altera unitas accedat, non ternio numerus ille erit, sed quaternio. Inde autem fit secundo certitudinem numeri alterius respectu induci infallibilis Dei requirere, vt nemo ad alterum numerum spectans ab eo possit deficere, ad alterumque aliqua impotentia (nempe consequente, & ex suppositione quod semel reprobis, vel prædestinatis sit) saltem accedere nequeat. Certæ huic suppositioni, & euidenti aduersari videtur Catherinus. 1. de prædest. c. vlt. summaria explicatione doctrinæ asserens, quantum est ex vi prædestinationis, præscientia seclata, saluandorum, damnandorumque num. posse angelis, ac proinde inquit Ruiz, ex prædestinatis ad reprobos, atque ex reprobis ad prædestinatos esse posse transitum docet: quare vtrorumque numerum certitudinem firmitatemque absolute non habere, sed tamen si Charierinus prædestinatorum numerum, non satis firmo fundamento nimium decurtauerit, vt de essentia prædestinationis, eiusque causis ostendimus. Quoad numeri tamen certitudinem, & firmitatem citato loco non errauit. Solum enim vult prædestinationem, ac reprobationem antecedentem necessitatem prædestinatis, vt saluentur, reprobisque, vt damnentur, non induci, non autem negat ipsis consequentem necessitatem afferri, ratione cuius scientiam secludit, quæ impotentiam consequentem supponit: vnde male à Ruiz tanquam Catherini doctrina additur, à prædestinatis ad reprobos, & contra transitum esse posse absolute, ac vicissim, quem expresse Catherinus negat; quia ex suppositione, quod prædestinatus quis, vel reprobis semel sit, talis non esse minime potest.

QQQ 2 Dico

2. Dico primò: Numerus non solum formalis, & numerus, sed materialis, & numerus (quicumque, seu quantumque sit) tam prædestinatorum, quam reproborum constans firmus certusque Deo tam subiective, quam obiective est, ut nemo ex alterutro numero contentis semel, ab illo detrahi possit, atque ad alterum transire. Est dogmatica Patrum, & Catholicorum omnium Doctorum conclusio contra errorem Auicennæ sub metaphysicæ finem, Aegyptiorum, & Stoicorum relatorum à sancto Thoma. quæst. 6. de verit. a. ult. corp. & 1. part. quæst. 23. art. 8. assentientium diuinum de vnoquoque factum, seu prouidentiam, & decretum inclinatum per orationes, sacrificia &c. peccatorum numine in oppositum seclis mutarique posse, quare & ex prædestinato in reprobam transire. Hunc etiam transitum ex libertate prædestinatorum, ac reproborum erroneè etiam docuerunt Massilienses (ut constat ex epistolis ad Augustinum prosperi post med. & Hilarij col. 3.) & Caldeus in Malinum Misere lecl. 23. Probatur conclusio ex verbis Ioan. 10. Bonus pastor proprias oues vocat nominatim &c. ad quæ sic Augustinus. tract. 45. in Ioan. col. ult. quis alius oues proprias vocat nominatim, & educit eas hinc ad vitam æternam, nisi, qui nouit nomina prædestinatorum: unde ait discipulis: gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in caelis. Hinc enim eas vocat nominatim. Clarius Ioannes ipse infra. Ego cognosco eas, & sequuntur me, & non rapi. Et eas quisquam de manu mea, &c. Ad quæ etiam August. tract. 48. ante med. quid potest fur, & latro: non perditur, nisi in interitum prædestinatorum. De illis autem ouibus de quibus dicit Apostolus: nouit Dominus, qui sunt eius: & quos præcinit ipse & prædestinavit &c. de ouibus istis, nec lupus rapit, nec latro interficit: securus est de numero eorum. Prosper, 2. de vocat. gent. cap. 29. sub init. Quod Pater Filio dedit, Filius non amittit: nec quisquam potest de manu eius rapere, quod accepit. Firmum fundamentum Dei stat, & mansuri in æternum templi edificatio non vacillat. Hoc vero, & postremo Augustini testimonio aliud tangitur ex 2. ad Timoth. 2. ibi firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc cognouit Dominus, qui sunt eius: quod ex littera, & contextu ad rem hanc iterum interpretatur Augustinus de corrept. & gra. cap. 7. & 5. de baptismo contra Donatistas. cap. 27. Numerus ille iustorum, qui secundum propositum vocati sunt de quibus dictum est, nouit Dominus, qui sunt eius ipse est hortus conclusus, fons signatus. Demum numerum prædestinatorum defectum pari imminuique non posse docet Augustinus idem epist. 106. ad Bonifac. col. 9. de corrept. & gra. capit. 13. init. de bono perseuer. capit. 8. circa med. ac iterum prosper. cit. capit. 29. post med. & cap. 33. inter med. & fin. alique Patres & interpretes ad loca recitata atque ac illum Ioan. 14. in domo Patris mei mansiones multe sunt. ad quem Nazian. orat. 331. de Theolog. num. 28.

3. Et quamuis de firmitate ac certitudine, cum subiectiua tum obiectiua numeri reproborum, & intransibilitate eorum ad prædestinatorum numerum expressa, frequens adeo apud scripturam, & Patres conclusio non sit tamen à certitudine numeri prædestinatorum, & eorum, adhuc vnus, ad numerum reproborum intransibilitate euidens adeo consequentia est ut à Catholico Doctore negari nullam possit. Augustinus tamen de prædestinatorum numero, eiusque certitudine definiens verbis illis. Ipse est hortus conclusus, fons signatus, de reproborum etiam numero eiusque certitudine in defectibilitate, ac neminis ab ipso ad alium prædestinatorum transmutabilitate simul definiuit: siquidem hortus seps, & claustra, fontisque signaculum, æque prohibet aliorum de foris in illos ingressum, atque illis inclusorum egressum, & de corrept. & gra. capit. 13. init. non solum ad prædestinatorum numerum mi-

nui posse negat, sed & addi de iis, qui, cum annuntiasset, & locutus esset, multiplicati sunt ipse numerum, reprobis nempe. Prosper etiam de vocat. gent. capit. 33. inter med. & fin. scribens. In ea electione, quidquid hominum in Christo prædestinatum non est, nulla eadem ratione sociabitur. Omnes enim qui in regnum Dei de cuiuslibet temporis rotatione nati sunt, in ipsa, quæ sacula cuncta præstat, electione signati sunt. Et, sicut nullus infidelium in hoc sorte numeratur, ita nullus piorum ab hac sorte detractus est. Idem nos docuit Abraham Luce 16. ratione postrema ob quam diuiti Epaloni Lazarum petenti negauit. Et in his omnibus, ait, inter nos, & vos Chaos magnum firmatum est: ut hi, qui volunt hinc transire ad nos non possint, neque inde hinc transire. Clarius adhuc concilium Valentinianum Leone 4. capit. 3. ad rem præsentem scripta. Ad Deum, ut sanctus Augustinus ait, de omnibus rebus tam fixa sententia, quam eia præstat. Ad hoc siquidem facit Sapientis dictum (procedit de reprobis) parata sunt derisorij iudicia, & malis percutientes stultorum corpora. De hac immobilitate præsentia, & prædestinationis (id est præordinationis) cuiuslibet erga creatura Dei, & quam apud Deum futura iam facta sunt, apud celestium bene intelligitur dictum: eorum, quæ omnia opera, quæ fecit Deus, perseverant in perpetuum.

4. Ratio, quoad obiectum certitudinem numeri vtriusque materialis, & numerati (ex quo etiam numeri vtriusque formalis, & numerati sunt) diuini de vtroque numero iudicii obiectiua, & subiectiua certitudo euidenter inferitur euidens est. Qui multiplicat aliquem ex prædestinatis ex suppositione prædestinatus sit, vel ex reprobis ex suppositione quod sit reprobis prædestinatus, aut reprobis non esse. Non solum ex necessitate essendi quicquid est, quando est, sed ex diuina voluntatis constantia & immutabilitate, ex qua, etsi eius decreta æternæ & totius simul durationis de se, ac natura sua non essent, sed tempore inciperent durationeque pæne successiva durarent semel habita defecere non possent, sed æternitate à parte post necessario perirent: ne vel ignorantia, vel leuitas animi Deum arguerent. Idcirco deuteronom. 29. Dicitur Deus non esse filius hominis, ut mutetur, vel iuxta. 1. Reg. 15. penitentiam agat. Quare Malach. 3. de se ait. Dominus & non mutor. Hac statuta maiore propositione certa ex fide, atque ex ratione euidenter, certam etiam minorem subiungo. Atqui tam prædestinatos quam reprobi omnes, hi determinati, & singulati non autem hi vel illi disunctim prædestinati, vel reprobi à Deo sunt, nec plures, nec pauciores, vel ipsa demonstramus: ergo necesse est hos in singulati, totque, nec pauciores, neque plures prædestinatos esse, totque in singulati nec plures, nec pauciores reprobatos, aut reprobos esse: ergo aliquem ex eo numero tam prædestinatorum, quam reproborum deficere, atque ex alterutro prædestinatorum numerum transire est impossibile. In eo autem hæc numeri numerati, seu materialis, tam prædestinatorum, quam reproborum obiectiua immobilitas, firmitas, ac certitudo, ut nequeat aliquis eorum in sua sorte deficere, atque ad aliam transire, ergo numeri tam prædestinatorum, quam reproborum, & certitudinis, ac materialis obiectiua firmitas, & certitudo, atque euidenter demonstratur: Hinc August. priorum Stoicorumque deliria fundamenta cunctant.

5. Apparentiora vero illa Massiliensium, & Caldeini prædestinati, reprobi que libertate, penitentia, &c. mutari possunt, ea enim Ioan. probant præsentia media, & subinde prædestinationis per eam constantiam, in sui absoluta pro suo signo positione obiectiua intentionalem ab eorum absoluta libertate independentiam pure materialem, nec mortuam, & innotitiam, ut supra ostendebamus. Inde autem non

fit, ut ex suppositione, quod quis semel prædestinatus vel reprobatus sit, pro sua libertate possit ab alterutra sorte resilire, atque ad alteram migrare, ad quam nunquam potestas libertatis sue se extendit; sicut nec ex suppositione consensus sua libertate absolute positi, si iam omittat, vel dissentium admittat; utraque enim potestas ad contradiçtoria coniungenda, quare, & chymica potestas foret. Quo circa, est illa Apocalypsi. 3. *Ecce quod habes, ne alius accipiat coronam tuam.* & 2. Petri. 2. *Satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis crasse nec germano à nobis supra, & sepe dato sensu intelligantur certitudinem prædestinationis quo ad effectus suos, & operum bonorum, & gloriæ ut eumque impugnaret, non autem quoad numeri prædestinatorum certitudinem, quam in præsentem defendimus, & demonstravimus. Scibi autem Deus decreta mutare, ac de semet à se conceptis penitentiam agere insinuari ab scriptura videtur, ut Ierem. 18. Ionæ. 3. Isaïæ 38. non de eodem omnino obiecto, in re, tempore, circumstantiis, & modo absolute à Deo habitis decretis intelligenda sunt; quare neque ex defectu constantiæ, & æternitatis, qua necessario Dei decreta simul, semelque durant evidens conclusionis nostræ ratio eis testimoniis nutare.*

6. Aliunde vero ex proximis Apocalypsis verbis, *tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam.* Ratio nostra videtur posse impugnari, quo ad numerum numeratum, & materialem. Etsi enim numerus numerans, verbi gratia, centenarius, vel millenarius, prædestinatorum certus, firmusque, cum obiective tum subiective Deo sit, est prædestinati cum explentes in particulari certi ex eius numeri constitutione divina non sunt, alioqui, quo pacto in locum viuis alius ingredi posset, ut eis verbis insinuat, ergo numerus ille numerans centenarius determinatus, nec maior nec minor saluandorum prædestinandorum decretis à Deo omni prolixus certitudine, ac firmitate est, ij vero quibus in particulari explendus est, sub disunctione solum, hi nimirum vel illi: quare ea ex parte minor probationis nostræ nutat. Placet cogitatio, & intelligentia eius testimonij nostro Ruiz de Montoia, sectione quarta, quam etiam confirmat primo. Quia Sapientis Architecti peritia est prius mansiones vel ædificia tot virbis disponere, quam hos vel illos incolas destinare. Secundo ex Gregorio. vigesimoquinto moral. capite decimo ad id Iobi. 34. *conteret multos, & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis ita scribente. Quo electorum numerus certus, ac definitus ostenditur: numerans quidem non numeratus, ut patet, Consonat Augustinus de corrept. & gra. capite decimo tertio sub init. ad illa Baptiste Matthei tertio, *Facite dignum fructum penitentiarum, & nolite dicere apud vosmet ipsos, habemus patrem Abraham: potens est enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.* Sic scribens. *Vi non desit numerus, qui promissus est Abrahæ.* Ac statim verbis Apocalypsis recitatis confirmans ait. *Si enim alius non est accepturus, nisi iste prædiderit, corius est numerus: ita etiam ex eo loco inferre dicuntur Primasius, Beda, Rupert, Haymo, Lyra, & alij. Singularem hanc cogitationem, & interpretationem ita reieci, disputatione 2. quæstione tertia. cert. secundo, numero septimo, ut vltioris impugnatione opus non habeant. Exemplum Architecti nil probat: multo enim peritior esset, si habitatorum virbis qualitatibus conditionibus, numeribusque singulariterque præcognoscit pro eis unicuique & singulis eorum domus, & mansiones accommodatissimas ædificaret. Ea vero præscientia, & peritia ultra creatam architecturam est, ac diuine in celestis Hierusalem structura reuerata: præterea ad rem præsentem tractum valde exemplum est, & aptatum impossibile.**

Christoph. de Orig. de Deo Pro, Tomus II.

cum gloriæ mansio actus vitalis visionis fruitionis que Dei sit, unicuique ita proprius, & essentia sua affixus, ut alterius esse repugnet, ut citato loco dicebamus. Partes ex anteriore præfinitione numeri numerantis prædestinatorum saluandorumque substitutione aliorum pro decedentibus ab eo numero, in quo antea fuerint, numerum numerantem seruati minime docent, sed ex gratuita misericordia aliquorum præ aliis qui æque prædestinati eligique subinde ad gloriam possent. Quod si præfatio aduerso sensu Iobi, & Gregorij testimonia intelligantur tot erunt prædestinati, quot reprobi contra ipsum Ruiz, & veritatem: quia granum salis, quo absurditatem hanc temperare, voluit ipse numero septimo; & id autem iadiget eam in bonum saporem possit condire.

CERTAMEN II.

De numeri vtriusque quantitate, & comparatione.

1. **Q**uem quantumque numerum determinatum explent siue prædestinati, seu reprobi & sola Dei (cui exploratissimus vterque numerus est) reuelatione: quæ nullatenus extat, posset nobis innotescere, ac citra temeritatem dehisce: quare circa vtriusque numeri quantitatem id solum disputari corda te à nobis generatim potest, magnitudinis siue prædestinatorum, siue reproborum numerus, an alterutrum numerus sit exiguus: potest autem vtrorumque numerus tam ex Angelis, quam ex hominibus vel coniunctim sumptis, vel seorsum, & separatim acceptis compositus considerari, siue de numero prædestinatorum, siue de reproborum numero agatur: sub qua etiam diuersitate acceptionum numeri prædestinatorum, ac reproborum disputandum etiam est, cum de vtriusque numeri, quoad magnitudinem, & quantitatem, comparatione agamus, ut debita claritate & disputatio, & decisio procedant. Et vtrumque numerum, ex Angelis, & hominibus tam prædestinatis, quam reprobis constitutum magnum esse, & valde magnum prima nota, ac certa conclusio sit. Probatur facile, quia vterque numerus ex Angelis solis, & ex puris hominibus seu prædestinatis, seu reprobis constitutus magnus est: ergo vterque numerus ex vtriusque compositus valde magnus erit: siquidem numerus ex duobus magnis numeris constitutus nequit non magnus valde numerus esse: antecedens certum est, ut conclusione secunda, & tertia patebit.

2. Dico secundo numerus vterque seu prædestinatorum, seu reproborum Angelorum seorsum ab hominibus sumptorum magnus numerus, & valde etiam magnus absolute est. Quoad numerum reproborum Angelorum, siue Daemonum probatur. Quia numerus, & multitudo Angelorum omnium à Deo creatorum innumerabilis, ac pene infinita est: atqui tertia eorum pars reproborum Angelorum, seu demonum est, ut constat ex Apocal. 12. numero quarto ubi draconis cauda tertiam partem stellarum caeli traxisse dicitur, & numero nono draconem de quo loquitur explicat. Et prociptus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus, & Satan, qui seducti vniuersum orbem, & prociptus est in terram, & Angeli eius (quos Iohannem nomine vocaturat) cum illo missi sunt: ergo reproborum Angelorum numerus magnus valde est: innumeratus siquidem multitudinis pars tertia ma-

QQ. 2. goz